

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 1, k. 10va–11ra

Odczyt: Maciej Miłkuła

Artykuł 55 [Gn. 53]

[55] Ubi vulneratus ad iudicium cum clamore decuctus fuerit, quod per prolocutorem ipsum querulari oportet et per sententiam petat, extunc tali modo sua procedat querimonia: “Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro avvocato, extunc in sententia requiro, si per iusticiam insidias per aliquem pati debeam, aut sustinere, cum suam causam propter iuris exigenciam teneo”. Extunc diffinitur, quod non. Extunc sibi petat correccionem cum optinuerit petat colloquium pro consilio, et cum colloquium habuerit, tunc requirat, qualiter suam querelam inchoare debeat, et hoc per sententiam $\vdash$ diffu^a $\dashv$ diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur cum clamore. Tunc [k. 10vb] interrogetur sentencialiter, si requiri debeat ab ore $\vdash$ ad od^a $\dashv$ ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini et cum ipsis prece, aut duo viri, qui iudicio astare consuerunt, qui ab ipso solo audiant, a quo sua receperit vel habuerit dampna, vel quis in eo pacis federa confregit. Extunc requiritur sentencialiter, si interrogari debeant circa iuramentum prestitum ac ius civitatis, quod ab eo audierint. Tunc unus interrogetur ad dicendum, quid ab eo audierit. Audita responsiva, tunc in sententia requiratur, si iam proferat, cum sibi diffinitur, quod sit, et eciam secundus et tertius interrogetur. Extunc sibi diffinitur, quod profecit. Extunc querelam incipiet: “Domine iudex, placeat attente audire”. Tunc hic conqueritur vobis super unum ·N· et super ·N·, quod ipsi venerunt intra municipale, et in eo pacem $\vdash$ infregetunt^a $\dashv$ infregerunt, et ipsum vulneraverunt aut [k. 11ra] suum affinem proximum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et ipsum spoliaverunt corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi tibi vocantur, quando vocati tibi per clamorem fuerint, tunc conqueratur ulterius et nominat malefactores, ut prius querulatum fuerit. Idem faciat tertia vice. Extunc inducio [s] indicantur per noctem. Si tunc non comparent, describuntur. Sin autem comparent, duellum in eis aquiri potest.

^a skreślone ręką autora podstawy

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]